Thesis XXX[a]

Actus creativus est actus formaliter quidem immanens, virtualiter vero transiens: atque hic actus immanens est actus voluntatis, praesupposito actu scientiae.

Declaratio. Duplex operatio distinguitur, immanens, et transiens. *Immanens formaliter* est ea quae secundum to-

ctum est, necesse est ante mutationem et motum qui supponitur prior, aliam exstitisse mutationem et motum, secundum quem fieret id quod potest moveri aut movere. Si autem semper praeexstiterunt mobile et quod movere potest, non tamen exsistente motu, id absurdum apparet et iis qui prorsus animum advertant. Si enim exsistentibus et iis quae moveri possent, et quae movere, aliquando quidem erit aliquid primum movens, et id quod movetur, aliquando autem nihil erit sed quiescent, necesse est hoc prius transmutari, est enim aliqua causa quietis; quies autem est privatio motus. Itaque ante primam mutationem erit mutatio prior. » Vis huius demonstrationis huc redit, quod si dicatur motus aliquando incepisse, ante illum primum motum debeat necessario admitti alius prior motus, et ita porro sine fine. Iam vero advertatur 1° quod disputatio haec de aeternitate motus nexa est cum questione de exsistentia Dei, id enim monet ipse Aristoteles ibid. in ingressu disputationis: et sane c. 6. eiusdem libri ex aeternitate motus concludit exsistentiam alicuius sempiterni motoris, qui est Deus. Unde liquet in hac argumentatione non esse sermonem tantum de causis moventibus secundis, et de motu qui ab iis cieri possit; sed universim de quovis motu, qui in quamcumque causam referri possit, etiam primam. 2° In argumentatione recitata Aristoteles diserte opponit inter se haec duo: aliquid factum esse cum prius non esset, et esse ab aeterno: scilicet negat factum esse quod ab aeterno exsistit: atqui ipse pariter docet mundum semper fuisse: ergo negat mundum factum et creatum esse. 3° Cum ex priore membro divisionis arguit, nempe si factum est quod capax est motus, ita ratiocinatur: si factum est, praecessit alius motus, sive alia mutatio, ea scilicet, qua factum est: nimirum nullam aliam actionem admisit Aristoteles qua aliquid fieri posset, nisi quae movendo et transmutando subiectum operatur; non ergo probavit creationem, qua admissa prorsus ruit totum argumentum Aristotelis.

2° Aeternitas materiae primae ab Aristotele asserta et propugnata excludit prorsus creationem. Vindicatur ea I. Physic. c. 9. Necesse est, ait materiam esse ἀφθαρτον παι ἀγεννητον. Quomodo vero alterum probat? nempe quia si fieret, necesse esset ut primum aliquid ei subiiceretur, ex quo inexsistente fieret; subiectum vero

tam suam realitatem manet in eodem subiecto a quo procedit, cuiusmodi sunt actus sentiendi, intelligendi et volendi, quibus agens creatum se ipsum modificat et perficit: atque in huiusmodi operatione consistit vita. Eadem definiri potest ea operatio, cuius terminus, intrinsecus quidem, quo nempe ipsa constituitur et absolvitur, manet in agente. Operatio *formaliter transiens* est ea, cuius terminus intrinse-

primum, ex quo aliquid fit, ipsa est materia prima. Ineptum porro est haec referre tantum ad causas secundas; nam vis argumenti in eo est ut probet de essentia esse materiae ut non fiat, quod autem tale est a nulla causa fieri potest. Et sane si a Deo facta est, cur dicitur simpliciter *necesse esse ut sit infecta?* an est necessario infectum quod vere factum est? In physicis autem Aristoteles de universa natura agit, primisque principiis eius, primaque causa, quae est Deus, non tantum de causis secundis.

3° Melissus e Schola eleatica, supposito principio: *e nihilo fieri nihil*, probat non multa esse sed prorsus unum, ut liquet ex eius fragmento, quod videre est in Fragmentis Philosophorum edit. Didot Vol. I. p. 261; doctrina scilicet Scholae eleaticae erat pantheismus. Τωὐτον δ' εστι νοειντε, και οὐνεκεν ἐστι νοημα, idem est cogitatio et id quod cogitatur, ait Parmenides unus ex principibus huius scholae; quae est expressio perfecta pantheismi rationalis. Cf. carmen eiusdem (Didot l. c. Vol. I. p. 123) « Eleatica apud nos doctrina (ait Plato in Sophista) a Xenophane, imo et ab antiquioribus originem ducens, omnia quae esse dicuntur ut unum ponit, fabulose disserens. » Manifestum est idcirco hos philosophos illud principium *ex nihilo fieri nihil* voluisse valere pro quavis causa. Porro Aristoteles, qui censebat multa esse, non poterat prorsus eorum argumentationem probare. Eam refert et reprehendit I. Physic. c. 8. Advertit autem non vidisse philosophos illos principium istud, *ex nihilo fieri nihil*, esse ex parte verum, et ex parte falsum. Nam quidquid fit, fit ex privatione, sive ex subiecto privato ea forma, quam induit cum fit: sic dulce fit ex non dulci, doctus ex non docto: privatio autem est quoddam non ens. Est autem, ut liquet, non ens in subiecto. Haec est sola limitatio quam principio illi adhibet Aristoteles: « Nos autem et ipsi dicimus nihil fieri omnino ἁπλως ex non ente; fieri tamen ex non ente tanquam per accidens; fit enim ex privatione, quae est per se non ens. » Ad summam ergo rei quod spectat Aristoteles cum Eleaticis consentit.

Talis est ex professo tradita ab Aristotele sententia in hac quaestione: an ex nihilo fieri aliquid possit. Quae si teneantur, non est cur nobis timeamus ab iis quae in libro de Melisso, Xenophane, et Gorgia (vulgo inscribitur de Xenophane, Zenone, et Gorgia) parte 1[a]

cus est extra agentem, ut calefactio ligni per ignem: sive ea, quae non est secundum totam realitatem in subiecto agente, sed extra ipsum completur (cf. O. Th. XIX. p. III). Actio *formaliter immanens*, et *virtualiter transiens* ea est quae secundum totam suam realitatem manet in ipso agente, seu cuius terminus intrinsecus est in agente: est tamen tantae efficaciae, ut ad eam terminus extrinsecus sive effe-

docet. Sibi enim heic proponit Aristoteles demonstrare, tum falsam esse doctrinam Melissi: *quidquid est esse infinitum et unum*, quae est quaestio realis, tum non bene Melissum argumentari, quae est quaestio logica. Hoc alterum primo loco exsequitur hac ratione. Refert contendisse Melissum ex his duobus alterutrum negandum esse, aut *ex nihilo fieri nihil*, aut *multa entia esse*. Cum vero primum negari nequeat, negandum proinde esse alterum; ideoque omnia esse unum. Advertit Aristoteles, quod si haec duo, *ex nihilo fieri nihil*, et *multa entia esse*, veluti contradictoria vel contraria habeantur, ut alterutrum sit negandum, cum evidentissima experientia doceat multa esse, facilius eo concessuros homines ut negent e nihilo fieri nihil, quam negent multa esse, praesertim cum Melissus non demonstraverit rectam esse opinionem illam a qua exorditur, e nihilo fieri nihil. Quibus verbis defectum demonstrationis arguit, tum etiam eiusdem falsitatem, quatenus Melissus eum modum excludebat, quem Aristoteles probabat, quo aliquid e nihilo fieri dici potest. Subdit autem: « verum utrum quae dicit possibilia sint nec ne omittamus, » atque ita ad quaestionem realem progreditur. Nota certum non esse hoc opus esse Aristotelis (cf. Didot. l. c. Vol. I. pag. 271 seqq.).

4° Conceptus Supremi Numinis, quem Aristoteles exhibet, excludit prorsus creationem. Quid enim tandem molitur Deus aristotelicus? Supremo caeli vertici insidens, primum illum orbem circumagit motu indito (De Mundo ad Alexand. c. 6. Metaphys. XII. c. 7): a quo motu, qui localis est, ceteri motus seu mutationes pendent et oriuntur. Motus enim localis (VIII Physic. c. 7) praevertit ceteros motus accretionis et alterationis, qui sine illo haberi nequeunt, ipsaque generatio substantialis, quae non est motus, sed terminus motus, efficitur mediante motu locali. Ex eo autem fit ut Deus auctor primi motus localis effector dicatur omnium quae fiunt, quin tamen ipse immediate omnia efficiat; immediate enim causa est tantum primi motus (De Mundo l. c.) quaevis nempe res et substantia a causa univoca fieri debet (XII Metaph. c. 3). Movet autem Deus non quia vult, sed necessitate naturae: eiusque virtus hoc mundo conclusa potis non est alium mundum efficere, quia materia ex qua fieri deberet, tota iam hoc mundo continetur (L. De Caelo c. 9). Itaque vis divinae potestatis non est nisi vis motrix, ea non

ctus ad extra consequatur. Statuimus in thesi creationem activam esse actum formaliter immanentem, actum nempe voluntatis divinae, praesupposita cognitione.

Demonstratio. Quod ratio certissima persuadet, creationem nempe, prout active Deo competit, non posse esse nisi actum formaliter immanentem. Sane tenendum est primo actum creantem esse formaliter in Deo: Deus enim vere

immediate operatur nisi unum effectum, ea nequit alium mundum producere: atqui haec cum doctrina creationis manifestissime pugnant: ergo. Si autem quaeras quomodo Deus secundum Aristotelem moveat primum caelum, doctrina eius in hac re ostendit ipsum difficultatem expertum esse in hac quaestione, et simul ab affirmanda creatione alienissimum fuisse. Etenim XII Metaph. c. 7. docet Deum movere sicut movet finis aut desideratum (cf. Dante Parad, c. I. v. 76. 77): at nemo non videt id non facere satis quaestioni. Agitur enim de causa efficiente, non finali; et licet Deus sit causa finalis omnium, est tamen primum causa efficiens. Praeterea an primum caelum cognitione gaudet ut desideret Deum? Cur ergo in has angustias se Aristoteles redegit? Quia motorem primum voluit immobilem prorsus esse et per se et per accidens; si autem cognovisset efficaciam ad extra actus immanentis divini, facillime se expedisset ab hac difficultate: sed ea ignorata, ut immobilitatem Dei tueretur, nihil reliquum ei fuit quam ad motionem causae finalis confugere. Verum qui non putat Deum actu immanente, qui virtualiter transiens sit, agere posse ad extra, quomodo credendus est admisisse creationem?

Quid ergo est quod ait Aristoteles I Topic. c. 9 problema esse (quod definit dialecticum theorema spectans ad electionem aut fugam, vel veritatem et cognitionem, circa quod vel nulla extat sententia sapientum, vel contrariae sapientum sententiae) utrum mundus sit aeternus, an non; ποτερον ὁ κοσμος ἀΐδιος, ἢ οὔ? Scilicet 1° Aristoteles non de materia heic loquitur, sed de mundo, quae distinctio penes eos philosophos manifestissime apparet (cf. superius recitata ex Plutharco). Et sane problema id esse dicit, quia inter sapientes diversae sunt de ea re sententiae: atqui quoad materiae aeternitatem nulla fuit inter sapientes qui praecesserant, controversia. Quid enim censuerit Plato iam vidimus; de ceteris idem Aristoteles testatur, inquiens quod περι ταυτης της δοξης (το ἐκ μη ὀντων γινεσθαι ἀδυνατον) ὁμογνωμονουσι ἁπαντες οἱ περι της φυσεως. 2° Licet Aristoteles id in Topicis inter problemata collocet, an mundus, seu materia conformata, sit ab aeterno, quia reapse sapientes dubitabant de hac re; ipse nihilominus cum eam quaestionem data opera agit, aeternitatem quoque mundi tanquam certissimam sententiam adstruit.

dicitur creans: vereque Deus per omnipotentiam suam causa est creationis rerum: virtus vero Dei quoad suam intrinsecam realitatem est tota in actu, sive est actus: ergo actus creans est formaliter in Deo. Iam vero actus transiens, cum sit applicatio virtutis ad subiectum aliquod, supponit subiectum in quo agens operatur, creatio vero nullum supponit subiectum, ergo actus creativus non est actus formaliter transiens: est ergo actus formaliter immanens. Actus autem immanens creativus vel est actus scientiae, vel voluntatis. Porro scientia quidem ut dirigens postulatur, sed actus immediate efficax nequit esse nisi actus voluntatis. Scientia enim 1° est indifferens ad opposita, aequo modo se habens ad esse rerum et non esse rerum, voluntas vero potest alterutrum determinare; actus autem efficax debet esse determinans exsistentiam rerum. 2° Scientia obiecta, quae sunt extra, trahit potius ad se, volitio vero inclinatur ad ea quae sunt extra; principium autem efficiens inclinationem quandam dicit ad extra. Itaque remota a creante actione formaliter transeunte, non restat nisi imperium aut volitio ut res sit.

Et re quidem vera posset quis excogitare *potentiam*, quae ratione distincta sit ab intellectu et voluntate, quaeque immediatum principium sit creaturarum. Verum cum ita adaequate distinguitur secundum rationem potentia a voluntate, sicut voluntas a scientia, actus huius potentiae nequit concipi ut immanens, quia potentia, ut ratione distinguitur a voluntate, nequit concipi nisi ut principium executionis operis subsequens intellectum dirigentem et voluntatem imperantem: principium autem executionis subsequens cognitionem et voluntatem, est principium agens per actionem formaliter transeuntem; nam eo essentialiter spectat ut ad extra aliquid efficiat, et nequit concipi eius actus ut actus vitalis modificans subiectum agens cuiusmodi est omnis actus immanens. Atqui actio creativa non potest esse formaliter transiens, quia subiectum deest in quo operetur; ergo potentia prout a quibusdam concipitur adaequate secundum rationem distincta a voluntate, non potest concipi ut principium efficiens creaturarum.

Ex hac demonstratione consequitur conceptum divinae potentiae non esse ex toto alium a conceptu divinae voluntatis, seu neque secundum rationem adaequate distingui potentiam divinam, divinamque voluntatem: sed conceptum divinae potentiae exprimere potius modum quemdam divinae voluntatis: aliis verbis, divinam potentiam esse ipsam voluntatem prout est efficax ad extra. Et re quidem vera potentia Dei dupliciter se exerit, vel producendo res ex nihilo, vel res productas modificando: iam vero potentia producens res ex nihilo nequit esse, ut diximus, nisi voluntas efficax; si autem actus volitionis Dei est sufficiens ratio exsistentiae rerum ex nihilo, multo magis esse potest sufficiens ratio exsistentiae modificationum; ideoque inutile est aliud principium excogitare. Imo non solum potest, sed debet esse quoque volitio Dei principium efficiens modificationum, quia quodvis divinum attributum est in suo genere infinitum; cum ergo divina voluntas sit infinita potentia quoad res creandas, potentia autem infinita requirat posse quoque res creatas modificare, dicendum est eamdem voluntatem esse principium cuiuscumque effectus ad extra. Et sane etiam cum res modificat, debet esse Deus independens omnino a subiecto in agendo: tunc porro erit omnino independens a subiecto cum ad nutum suae voluntatis effectus exsistat.

Quaeres quomodo actus immanens possit esse efficax ad extra. Respondeo: actus immanens voluntatis nostrae, cum est volitio eorum quae sunt alia a se, iam habet ordinem quemdam ad res quae sunt ad extra; cum est imperium movens facultates ad operationem, iam est principium quoddam executionis, et productionis eorum effectuum qui procedunt a facultate activa quae subest imperio voluntatis: inest proinde actui voluntatis quidam ordo et quaedam efficacia ad extra. Haec quidem efficacia in voluntate finita est limitata, et non nisi mediata; si vero actus voluntatis sit infinitae perfectionis, eius efficacia erit quoque infinita, neque indigebit aliis viribus intermediis ad productionem effectus, sed ex se efficax erit. Quocirca erit quidem actus formaliter immanens, sed virtualiter transiens, quia efficax ad extra. Ita-

que actui immanenti repugnat esse formaliter transeuntem, nequaquam vero repugnat esse virtualiter transeuntem.

Dices: si volitio Dei est per se effectrix rerum, tautologia erit in hac et similibus locutionibus: *Deus facit quae vult,* nempe vult quae vult. Verum id negandum est, quia licet sit eadem res voluntas et potentia, modus tamen significandi in his verbis *facit* et *vult* est diversus; significat enim primum exsistentiam effectus dependenter a Deo, quae non significatur ab alio. Unde ea locutio huc redit: omnia exsistunt quae Deus vult esse, eaque exsistunt propter efficaciam suae voluntatis.

Iuxta Scholasticos plures creatio est actio formaliter transiens (cf. Suarez M. D. XX. Sect. 5), quae doctrina ut explicetur, advertendum est causam omnem, secundum Aristotelem, agere per motum, motum productum recipi in subiecto aliquo, motum hunc eandem rem esse ac passionem et actionem, motum nempe passionem esse quatenus in subiecto recipitur, actionem vero esse quatenus pendet ab agente, sed in subiecto patiente reperiri. Hac praestituta doctrina, cum quaestio fieret quid esset actio creativa, pronum erat cogitare illam in subiecto creato potiusquam in causa creante, remotis quidem omnibus imperfectionibus actionum creaturarum, quia causa creans non agit per motum. Unde consequens erat actionem creantem esse formaliter transeuntem. Verum 1° intelligi non potest penes hos auctores quid sit haec actio in creatura; nam vel est aliquid creatum, et hoc est terminus actionis creationis, vel non est aliquid creatum, et erit nihil. Neque dici potest esse relatio rei creatae ad causam creantem, quia relatio supponit actionem, supponit rem factam. Multoque minus dici potest esse modus rei distinctus ex natura rei a creatura, nam et hi modi distincti ex natura rei iure optimo (ut minimum dicamus) reiiciuntur generatim a philosophis (O. Th. XVII), atque iste modus, quidquid sit, deberet esse creatus, vel concreatus, h. e. terminus creationis. 2° Hac theoria actionis admissa, manet adhuc integra quaestio, qnid sit illud per quod a Deo creatnra, et haec actio in ea exsistens procedit; quae

quaestio solvi non potest nisi indigitando aliquid in ipso Deo quod sit ratio effectus extra ipsum. Porro hoc quod in Deo est ratio exsistentiae creaturarum debet esse potestas, potestas in actu, sive actus, actus autem citra ullam applicationem ad subiectum extrinsecum, ideoque actus immanens: ergo necesse est adserere Deo creativam actionem immanentem.

Itaque cum activa creatio debeat esse actus formaliter immanens, et simul aliquo modo transiens, quia effectus extra ponitur, restat ut *virtualiter* sit transiens, h. e. sit tantae efficaciae ut secundum eius nutum effectus sequatur.

Heic obiter adverte quod respectus, qui concipitur inter voluntatem efficientem et res factas, non est ex parte Dei nisi quidam respectus transcendentalis. Est quidam respectus quatenus volitio alicuius rei a se distinctae connotat terminum eiusdem volitionis; est respectus transcendentalis, quia actus divinus, qui est ipsa essentia, est ex toto independens a rebus.

Doctrinae a nobis traditae suffragatur S. Thomas. Nam (I p. q. XLV. a. 3° ad 1^{m}) docet actionem divinam creantem esse Dei essentiam; ergo actio creans est aliquid in Deo, si est ipse Deus; et est actus immanens, si est actio identica divinae essentiae. In lib. II. c. G. c. 23. n. 4. doctrinam nostram disertissime tradit: ait enim « duplex est actio, una quae manet in agente, et est perfectio ipsius, ut videre, alia quae transit in exteriora, et est perfectio facti, sicut comburere in igne. Divina autem actio non potest esse de genere illarum actionum quae non sunt in agente, cum sua actio sit sua substantia, ut in I. libro probatum est. Oportet igitur quod sit de genere earum actionum quae sunt in agente, et sunt quasi perfectio ipsius. Huiusmodi autem non sunt nisi actiones cognoscentis et appetentis. Deus igitur cognoscendo et volendo agit. » Atque ibid. c. 31. n. 3. inquit: « ostensum est supra quod Deus non agit aliqua actione, quae sit extra ipsum, quasi ab ipso exiens, et in creaturam terminata, sicut calefactio exit ab igne, et terminatur in ligno: sed eius velle est eius agere, et hoc modo